

1737.

1. Abijer, Georg Henricus? De collectione juris Panonicis
sive veteris sive recentioris et lectiones eius.
prolatus.
2. Gebaueras, Georgius Christianus, Ord. iuris protocollarius: panegyricus (Iosephus Christianus Thilo) in Doy.
3. Gebaueras, Georgius Christianus, Ord. iuris protocolarius?
et. . . Philippus Henricus Heinrichius lectiones et disputationes
in libro eius. in scriptis.
4. Gebaueras, Georgius Christianus, Ord. iuris Doctor?
et panegyrica, in qua b. Cerditatis . . . sommers in
Ioseph Antone Hamerac 1) Georgio Henrico Sacerero, 3)
Georgio Christiano Wolffio, 7) Ioseph Christiano Thilo 5)
Philippo Henrico Heinrichio 6) Friderico Christiano
Kubowis (!) . . . sommers in utraque sive domine . . .
confert, insit. —

5. Gebauerus, Georgius Christianus : De matrimonio cum
avunculi vidua.

6. Haasius, Johannes Martinus : De jure regnum Tiburontis
prostolo et Ioseph Cap. 9.

7. Hammesius, Joannes Lukas : De testamenti accessante
secundum lepsu facta reuocatione

8. Hollmannus, Paulus Christianus : De definitionis iustis
scientiarum photophylacearum limitibus.

9. Leenti, Dr. Th. : Ans sensu debet et non detur
ius naturali, exponit.

10. Reinhartius, Tab. Læc. : De iuri non scripti extra
territorium efficaciam.

11. Reinhartius, Tab. Læc. : De presentia auctor
partis obviens vel perfidum alterius, in contrac-
tibus nominatis exule.

12. Riezig, Joannes Benjaminus : De contracto suffragii
13. Rymannus, Joannes Gottlieb : De executione sub-
sidiaria
14. Schistius, Christianus Ludovicus : Excursiones in
argumenta nonnulla . . . inter tumultuariam lic-
tivam, novellam quicundam Imp. Louis Philippis
Isopha.
15. Sonckenberg, Henricus Christianus, Prof. iur. ord. & Pre-
lucio, que disputationes feudales, a . . . questionem
communitonibus . . . suscipientes, indeat
et statu difficulti 2 Tenuit. 26 88 his consequenter,
Vn. Thuring. verer Lebens- Fructus in den Herzgäbs,
geniuinum intellectum restituere aggreditur.
16. Sonckenberg, Joh. Christianus ? De locis locutionis epis-
que iuris baccac virtutis.

13

17. Thito, Joannes Christianus: *To diversorum apificiorum confusione Germaniam person proficiatique non permittenda.*

18^a et 18^b Treuer, Iacobus Samuel: *De iuri prudentia publica circa titulos officii Imperatoris Augustissimi.*

19. Hugos, Jo. Christianus: *De pacto repetendal oīt
veritatem annorum seditum*

G. 10.

17. Thilo, Iames Christianus: *To diversorum opifici
ciorum confusione. Generalia person proficiae
etaque non permittenda.*

18. Travers, Iacobus Samuel: *De juris prudentia publica
et ea totalis officii Imperatoris Augustissimi.*

19. Unger, Jo. Christianus: *De pacto reprobando contra
venitorem ammonium seditum*

144

Q. F. F. Q. S. 1737, 8
DISSERTATIO PHILOSOPHICA,
DE
DEFINIENDIS
JVSTIS SCIENTIARVM
PHILOSOPHICARVM
LIMITIBVS,
POSTERIOR,
QVAM
IN ACADEMIA GEORGIA-AVGVSTA,
PRÆSIDE
SAMVEL. CHRISTIANO HOLLMANNO
LOG. ET MET. P. P. O.
Ad diem Jun. A. MDCC XXXVII,
IN AVDITORIO PHILOSOPHICO
DEFENDET
GODOFR. EVERARD. SCHMAVSS,
LIPSIENSIS,
PHILOS. ET THEOL. CVLTOR.

P. 554

Göttingæ
Litteris Joh. Frider. Hageri.



676
DIEZ-DATATIO HUIC SOLOTHRE
DE REINENDIS
JASITIS ET CIBIS TIAVAM
PHILOSOPIA GARUM
LIMITIBVS
TOSTROR
GAVN
IN VENDEMV GEGRI MENSAS
TESSIB
SVMATL CHRSIIVNO HOMINNO
LOG ET MET P O
VADOCXZAVII
IN ANNO MDCCLXV
DE BAPT
GOLDFR EATYRD SC MAMBR
TISSENB
THE
GOLD
PINTOR F. J. H. H. H. H.
GOLD
PINTOR F. J. H. H. H. H.



*De definiendis justis scientiarum philosophicarum li-
mitibus,*

DISSERTATIO POSTERIOR.

§. L

Telam , quam *superiori dissertatione exorsi* quidem sumus, pertexere vero, ob dicendorum copiam , eadem opera haud potuimus, praesenti commentatione jam ulterius prosequamur, & pro virili tandem persicitanus parte, à *physica scientia*, quam & *philosophiam naturalem* alia voce appellant, tractationis statim nostræ faciemus initium. Quamnam utroque vero hocce nomine, cuius una eademque vis est, indicatam velimus philosophiæ partem, obscurum nemini , rerum philosophicorum non plane imperito, esse potest, quum de utriusque vocis istius usu inter omnes satis constet. *Nature* tamen, unde utraque illa appellandi ratio petita est, nomen, quum diversissimos significatus sustineat, non æque clarum, perspectumque , omnibus videtur esse; unde pauca, pro instituti nostri ratione, de eodem hic præmittere necesse esse existimamus. Nolim vero lectores nostri hic à nobis exspectent, ut vel dum ab aliis actum hic denuo agamus, vel, quæ longius à scopo, nobis proposito, abducere nos facile poterant, tractationi etiam nostræ in praesenti admisceamus. Ageremus vero forte utrumque, siquidem in *diversissimos* illos hujus vocabuli

*De physi-
ca, &
quid sub
natura
nomine
intelligen-
dam sit.*

A 2

signi-

Significatus jam vellemus inquirere, quos vel antiquitatis usus, vel multorum in loquendo inconstans, vel ipsa denique supersticio, & ignorantia, hic nobis pepererunt. Neque ad nostrum enim instituti scopum, illud omne evolvere, jam necesse est, neque, idem, ab aliis factum dudum esse, ignoramus, quos, cui placet, hic consulere facere licet (a). Nobis ergo hic annotasse sufficerit, naturæ nomine, post alia multa, etiam omnem, quaqua patet, rerum materialium, & corporearum, quæ citra omne artis humanæ opus in mundo existunt, ambitum communiter indicari; hocque sensu etiam vocabulum illud solum accipi, quando hæc, de qua agere jam constituumus, philosophia pars *physicas*, vel *philosophia naturalis*, nomen ab eodem accipit. Quum neminem ergo tenire lateat, quid rerum illarum materialium, & corporearum, nomine comprehendatur; obscurum etiam esse nemini amplius potest, quid naturæ vocabulum, vulgari, & communissimo, hocce sensu acceptum, proprie denotet, quidve adeo & ad ejusdem, hoc modo sensuque spectata, complexum referre fas sit.

§. II.

physica limes suis vel per ipsum ejus nomen jam praesentur.

Quod in superioribus ergo observatum nobis jam est, ubi cum aliis philosophia partibus *physicas* etiam faciem paucis delineavimus (§. 10. diss. prior.), rationem scilicet sufficientem omnino adesse, cur materialium, & corporearum, rerum omnium contemplationem ad unam quandam, eandemque, disciplinam referamus, neque, quæ eatenus inter se convenient, à se invicem sejungamus; illud cum hoc ipso vocis *natura*, modo indicato, usu perquam commode etiam congruit, hæc que adeo nec inepta omnino esse videtur, à qua illi philosophia parti, quæ ita circa rerum materialium contemplationem occupatur, nomen etiam suum imponatur. Et à priori ergo quasi, per eandem illam, quam in superioribus jam allegavimus, rationem; & à posteriori quoque, per hunc ipsum, communis consensu jam probatum, *natura*, & inde oriundorum physi-

(a) vid. scriptorum, hoc spectantium, loca excitata in prolegom. phys. §. 23.

SCIENCIARVM PHILOSOPHICARVM LIMITIBVS.

physics, atque philosophie naturalis, nominum usum, sensumque, satis jam scientia hujus limites ita determinantur, ut dubium de iisdem nullum superesse amplius possit. Ut omnia enim illa, hoc modo, philosophiae naturalis pars merito sunt, & esse debent, quæ naturæ, à qua illa nomen suum habet, voce comprehenduntur; sic & sola illa, qua ad hanc quidem, sensu indicato, pertinent, objectum ejusdem recte constituant: nisi sine ratione omni agere, atque disciplinarum constituendarum fines non tam à rerum ipsarum natura, quam nostro potius arbitrio, repetere unice malimus. Vel solum ergo philosophiae naturalis nomen commonefacere officii sui illos omnes jam & poterat, & debebat, qui huic scientia, vel disciplina, pertractandæ operam navant, idemque eidem nomen imponere non verentur, quid agere ipsos conveniat, quidve exspectare à se jubeant, quando hujus quidem nominis scientiam tradituros se esse profitentur. Ut nostro enim arbitrio relictum amplius non est, quando indicatum modo illum vocis naturæ sensum admittimus, quid referre ad naturam ipsam, hoc sensu spectatam, velimus, atque, num hoc, illudve, rerum materialium genus, quatenus nullus arti humanae locus in eodem est, pro aliqua ejusdem parte habere velimus, an minus; sic nec arbitrio nostro relictum amplius, eodem modo, est, num id, quod naturæ, eodem sensu acceptæ, partem aliquam esse diffiri non possumus, ad philosophiam naturalem, hoc est, ad ejusdem naturæ contemplationem, referre, an minus, velimus. Determinantur enim hic omnia & per vorum significatus, & per rerum, sub iisdem intellectarum, immutabilem jam, in praesenti, statum; neque, illo non repudiato, quod nec fieri sine ratione sufficienti debet, quin admisso potius, usuque ipso comprobato, quicquam hic contra facere amplius licet. Idem ergo philosophie naturalis, qui ipsius naturæ, sunt limites; & quam late haec patet, tam latus illius quoque debet esse ambitus: nisi nomine potius suo nos fallere, incutisque simul fucum quendam, debet, offundere. Quis in architecto enim v. c. ferat, qui, ades quasdam extructurum se esse, in se recipiat, quarum postea loco tamen aliquid, quod vel recto, vel parietibus,

tibus, vel utroque etiam forsitan, careat domino suo velit obtrudere? Aut quis bibliopolam non reprehenderet, qui librum, plagiis quibusdam truncatum, pro pleno perfectoque sui nominis opere nobis vellet vendere?

S. III.

*Quo non
obstante
multa,
huc perti-
nentia,
nonnulli
negligunt.*

Eo ergo magis mirari merito subit, esse vel inter doctissimos, eosque simul recentissimos, philosophia naturalis scriptores, qui, alia omnia se hic sentire, re ipsa, suisque in lucem editis scriptis, elegantissimis ceterum, suaque eruditio[n]is laude minimum defraudandis, satis superque testantur. De illis vero in praesenti sermo mihi potissimum est scriptoribus physicis, qui *integrā* hujus disciplinæ faciem delineare, seu, uti loqui plerique amant, *systema ejusdem integrum* condere, sibi proposuerunt, cui ipsum *physicē*, seu *philosophia naturalis*, nomen induit. Non paucos enim inter hos deprehendas, qui pro *mero arbitratu* suo, atque citra solidam ullam rationem, hic rem fere omnem agunt, ac, prout ipsis modo commodum vi sum est, multa ex gravissimis, magnique momenti, philosophia naturalis capitibus, qua *nucleum* quasi *precipuum* totius hujus scientiæ saepe constituant, sicco plane pede prætereunt, atque, tanquam vel naturæ isthac opera non essent, vel ad se etiam illa nihil plane pertinenter, ne mentionem quidem illorum, in toto suo systemate, saepe injiciunt a). In rebus, contra, longe minoris saepe momenti, in fingendis, & ornandis, singulribus, à se excogitatis, hypothesibus, in perpoliendis, & ad summum perfectionis gradum perducendis, experimentis non nullis, mēre saepe curiosis, ad superstitionem fere usque non raro interea laborant, tempusque, operamque suam omnem, iisdem sollicite impendunt. Scopi sui, fateor, ob quem philosophiam naturalem vel pertractent, vel pertractare saltim de-

beant,

a) sic sunt, v. c. qui in systematibus suis physicis ne verbulo quidem vel de *strutura*, & *operationibus*, *partium corporis humani*, vel de *aliis animalibus*, illorumque precipuis generibus, vel de *planis* etiam, aliisque ejusmodi corporibus naturalibus, corundemque *phenomenis*, expoununt.

beant, oblii viri illi eruditii, mihi, esse, dudum visi sunt: neque vel in praesenti ullam, de eo dubitandi causam habeo. Non hodie enim, aut nudius tertius, demum obrepere vitium illud viris eruditis ceperit, ut rerum, quas pertractandas præ manus habent, *amenitatem* capti, *finis* interea illius omnis obliviscantur, quem in tota tamen tractatione sua semper ante oculos habere merito debebant. Ex his vero talibus quærere mihi jam licet: annon vel *hominem*, vel *animantia*, in globo nostro terraquo existentia, reliqua, vel ipsa etiam *vegetabilia corpora*, ad mundum huncce *materiale* pertinere censeant? Neque reveror, ne negare velint. Num *natura* ergo partem aliquam, eamque non ultimam, minimamque, eadem *omnia* eo, quo hoc vocabulum modo explicatum est, sensu, esse largiantur? quærere ex iisdem pergo. Neque, vel hoc dissimilaturos eosdem esse, metuo. *Naturalis* ergo philosophia, seu *physica*, porro urgeo, meretur appellari, quæ *partem* naturæ neque ultimam, neque minimam, quin, si dicere fas est, & *precipuam*, & fere *maximam*, plane præterit, atque à limitibus suis quantum potest, arcet? Hic vero jam quodammodo hærere viros illos eruditos video, huicque conclusioni, concessis licet salvisque præmissis nostris, assensum suum, quem præbtere debebant, denegare, id quod tamen non sine ratione omni sibi widentur facere.

§. IV.

Quicquid ergo etiam sit de veritate, & evidentiâ, nostri, *Quorum rationes* quod hic construximus, ratiocinii, quo, prout veritatis studio-
sos decet, agamus, docilesque, à quocunque etiam profe-
rantur, aliorum fundamentis præbeamus aures, contra isthac
illos, qui ita in tractanda naturali scientia versantur, etiam dif-
ferentes audiamus. Neque enim destituituntur rationibus, qui-
bus causæ suæ justitiam aliis non raro, speciose satis, persuadent.
Ad *scientiam* enim *naturalem*, ut in compendium modo
illorum ratiocinia mittamus, isthac quidem, quæ ab iisdem
prætermittuntur, vel propterea referenda esse, plerumque ne-
gant, quod *alibi* illa tractari & posse, & debere, existimant.
Sic, quum totam de *corporis humani* structura tractationem ana-

tome,

rome, totum de plantis, seu vegetabilibus, caput, botanice, omnem de brutis animantibus recensum *historia naturalis*, jamdudum occupaverint; illis isthac etiam, ob argumenti amplitudinem, omnia relinquenda, atque à physices corpore quasi rese- canda plane esse, putant (a). Per, vero, quod non dissimulo, miror, cur stadium illud, quod semel hoc modo ingressi bo- ni illi viri sunt, non totum absolvant, atque caput de genera- lissimis corporum affectionibus, quod facere quoque jam nou- nulli occuperunt, ad metaphysicam, de motu doctrinam ad re- centiorum phoroniam, globi terrae*ci* considerationem ad geo- graphiam generalem, aquae vero, & aeris, sigillatim ad hydraulicam, hydrostaticam, & aerometriam, ubi & de meteoris sorsan agi si- mul poterat, atque totam tandem de corporibus celestibus do- strinam ad astronomiam, referre, sicque philosophia naturali vacuum, cum nomine, nido*m* relinquere, malint. Quando semel enim, quæ per ipsam rei naturam inter se conjuncta, copulaque, sunt, in partes scindere incipimus, & à se invicem di- vellere; tum nullam equidem video rationem, cur, quod in uno licet facere, in altero, ejusdem plane & indolis, & ne- xus, membro facere haud licet. Non videntur mihi vero, ut ne verum jam dissimilem, satis meminisse viri, qui ita qui- dem disputant, erudit*i*, quod una eademque res diversissimos sustinere possit, reque ipsa s^apē sustineat, respectus, pro quo- rum discriminē nunc hic etiam, illucve, referri commode & possit, & s^apē debeat. Finis ergo diversi in rerum omnium argumentis, scientiarumque objectis, semper nobis est ha- benda ratio: nisi vel incerti ubivis hærere, vel confusionibus, & miscelis, turbare omnia, velimus. Hujus ergo etiam hic, iisdem de causis, non negligendus erat respectus, uti, vel me non monente, quilibet jam facile intelligit.

*Et ad eas-
dem sigil-
latim re-
spondetur.*

S. V.

Vel his vero, quæ paucis modo monui, præstructis fa- cilis

a) cur fidem dicit*s*, indicatis dissentientium & scriptis, & nominibus, hic non faciam; illius vero rei rationem ex prior. diss. p. 29, not. a, perspi- cere querentibus facile licebit.

SCIENCIARVM PHILOSOPHICARVM LIMITIBVS.

ciliis jam erit ad ea, quæ ex aliorum antea mente recensui-
mus, dubia responso. Est omnino *anatomus*, ut ab hac exor-
diamur, quando ut separata à philosophia naturali scientia ea-
dem spectatur, corporis humani structuram tradere; sed idem,
philosophie naturalis officium simul esse, non statim præterea de-
finit. Sunt diversi utriusque *fines*; unde & *diversissima* utriusque
evadit *tradandi ratio*. Id agit omnino, uti inter omnes satis
constat, qui in *anatomie corporis humani* tradenda versatur,
ut partium singularium nomen, situm, structuram, cum aliis
nexum, usumque, & si qua ejusmodi alia sunt, exponat; *usus*
vero *medicos*, & *chirurgicos*, solum præfixos sibi simul habet, qui
ita in *humani corporis machinam* inquirit: unde nec ullam ex
tot corporis humani vel ossibus, vel musculis, vel arteriis, ve-
nis, nervisque &c. partem prætermittit, cuius nomen, situm,
cumque aliis nexum, non *sigillatum* quoque tradat, & inculcat.
Idem equidem *physicus* etiam, ex parte aliqua, agit; sed *alio*
longe *fine*, & *scopo*, *alio* etiam, saltim ex parte, *modo*. Et is
enim in *corporis humani* structuram sollicite quidem inquirit:
quicquid tamen hic agit, id omne eo potissimum tendit, ut
partim *phenomenorum* circa *corpus hocce naturale* occurrentium,
rationes ex ipsa ejusdem structura, quantum fieri potest, red-
dere, inque *suam ipsius salutem*, & *conservationem*, promovendam,
quicquid hic cognoscimus, convertere, partim quoque *sum-
mam*, vereque *ineffabilem*, in ejusdem corporis nostri construc-
tione adhibitan, & *sapientiam*, & *providentiam*, & *potentiam*, in
supremi numinis *venerationem*, & *cultum*, magis magisque
perspicere, doceat. Hos, sibi præfixos, *fines* ergo quoniam
facile jam assequitur, si vel maxime *singularum* *ossum*, *muscu-
lorum*, aliarumque ejusmodi partium, singula, ab *anatomicis*
ipfis tributa, *nomina* earundemque singularium *stus*, *relationes*
mutuas, & ejusmodi alia, quo omni tamen ad usus *medico-
chirurgicos* opus omnino est, non adeo curate persequatur;
aliisteriam, qui ad suos, sibi præstitutos, *fines* illorum omnium
cognitione indigent, studiosius investiganda illa merito relin-
quit, inque illa, finibus suis respondent, corporis humani co-
gnitione acquiescit. Eodem vero modo & *physicus* in *stru-*

Eturam plantarum, ob eosdem, maximam partem, fines, inquirit; singularum vero plantarum *nomina, characteres*, indeque constitutas earundem *clases*, & distinctiones, *usus* denique, & virtutes earundem *medicas, botanicis* iterum exquirendas merito cedit. Neque aliter tandem circa tradendam de reliquis, praeter hominem, *animantibus* doctrinam occupatur, quam ut praecipuorum, circa eadem occurrentium, phænomenorum rationes ex corporum, ipsis priorum, structura reddere doceat, atque etiam hic obvia sapientia, & potentia, summae argumenta in apricum quasi, & conspectum omnium, producat. In suas vero *clases* omnia, quæ modo in globo terraquo existunt, animantium genera ut redigat, singulorumque *species* diversissimas, earundemque *characteres* proprios, iterum laboriose enumeret, atque ad *minimas* quascunque *structurae* intuitu, *differentia rationes* simul attendat; eo vero ad suum, quem philosophia naturalis tractatione intendit, scopum proprie haud indiget, adeoque & aliorum iterum, quibus *historiam* animantium *naturalem* condere in primis volupte est, curæ id ipsum committit. Viam ergo his quidem omnibus quasi mutuit *physicus*, idque, quod ex æquo scire omnes refert, tradit, quo ad suos quisque fines singulares uti deinceps iisdem porro possit; ad *nobiliores* tamen, omniumque *præstantissimos*, qui à reliquis fere omnibus tamen non attendi satis plerumque solent, fines cum primis omnia refert. Id scilicet ubi in rerum naturalium per vestigatione in primis agit, agere saltim debet, ut incomprehensibilem mundi hujus *architectum*, summasque ejus, in natura ipsa manifestatas, *perfectiones*, ex maximis, minimisque, naturæ miraculis intimius noscere, phænomenorumque simul, in natura occurrentium, *rationes* ex corporum ipsis structura reddere simul, doceat, quippe quod omne *philosophi* in primis hic officium est: quum alii interea, quibus ali hic constituti fines sunt, ad usus vel *medicos*, vel *chirurgicos*, aut *pharmaceuticos*, vel meras etiam *vite humanae* commoditates, nudasque animi *oblectationes*, utrumque non raro oculum hic solum intendant.

S. VI.

§. VI.

Facile ergo jam concessuros nobis esse existimaverim, qui rerum harum tractationem à philosophia naturali removendam esse arbitrantur, atque, non satis justam ejus rei se habuisse causam, jam agauituros. Cum illis ergo nobis peregranda paucis adhuc lis erit, qui, quum pleraque, in superioribus commemorata, capita, sive his, hactenus adductis, sive aliis quibuscunque, de causis, & ipsi in suis philosophiæ naturalis compendiis, vel systematibus, omittant, multa contra *peregrina*, atque ad rerum naturalium contemplationem plane non pertinentia, huic doctrina admiscent, & vel re ipsâ invitâ, eidem infarciant. Illos scilicet hic intelligo omnes, qui argumenta mere mathematica, quibusve cum rerum naturalium cognitione nihil fere commune est, in illarum tamen pomœria intridunt, rerumque adeo vere physicarum contemplationi substituunt. Non patitur hic locus, ut, quale inter doctrinas mathematicas, & philosophicas, atque ex his sigillatim physicas, discrimen intercedere existimem, pluribus hic commemorem, quum alio idem loco factum jam sit, atque repeti inde hic facile possit (a). Finis: utriusque diversus omne hic, etiam ubi commune quoddam utriusque objectum est, discrimen parit: adeoque, nisi omnes plane scientiarum limites tollere, atque in unum quoddam chaos commiscere omnia, malimus, etiam hic nobis illud admittendum, ejusdemque adeo & ratio aliqua habenda, in pertractanda philosophia naturali, erit. Neque tamen, hoc non obstante omni, vel inter recentissimos, magnique nominis, philosophiæ naturalis scriptores desunt, qui argumentorum, quæ supra indicavimus, physicorum ne mentionem quidem ullam in systematibus suis physicis injicientes, integra, contra, de machinis, simplicibus & compositis, de potentis obliquis, de descensu gravium super plano inclinato, de oscillatione pendulorum, & motu in cycloide, de projectione gravium, de viribus centralibus, de collisione, seu percussione, corporum, ejusque variis generibus, & affectionibus, de celeritate & resistentia fluidorum, ut & retar-

B 2

*alii, con-
tra, mul-
ta, huic
plane non
pertinen-
tia, do-
ctrina
admis-
cent.*

(a) vid. diss. de vera philos. notione posterior, §. 22. sq.

retardatione corporum, in fluidis motorum, aliisque ejusmodi argumentis, capita iisdem inserunt, fusiusque hic de iisdem expoununt (b): quæ tamen omnia, mea, si quid judico, sententia, ad mathematicas potius scientias longe rectius referuntur. Sed neque ipsi illi, qui ita physicum suum systema instruunt, viri eruditii aliter videntur jūdicare; argumenta scilicet mathematica hæc omnia esse, ipsi non dissimilantes. In eo saltim aliam quandam mente sibi videntur informasse ideam, quod philosophiam naturalem ipsam, quanta, quanta, est, *mathesis partem* solum esse, atque ad *mathesin mixtam* solum pertinere, existimant (c): quod tamen, quo jure, quo uero fundamento solido, dici possit, ego quidem, pro ingenii tenuitate, non dum perspicio, rectiora licet monentibus libenter audituras. Quot enim, quæso, quantave, in natura ipsa non occurunt, quæ vel propterea ad philosophiæ naturalis ambitum quoque omnino pertinent, & nec mathematicam tamē tractandi rationem capiunt, nec objectum ejus aliquod constituunt. Quis mathematicæ enim, quæso, tractationi locus est, ubi corporum vel animalium, vel vegetabilium etiam, structura, & partium, majorum, minorumve, quibus eadem consistunt, situs, textura, & nūsus, erunda potissimum veniunt? Quid circa generationem plantarum, & animantium, quid circa investigandam natūram metallorum, & mineralium, quid tandem circa causas, & origines, plororumque meteororum, demonstrationis mathematicæ locum invenit? Monstranda

(b) vid. v. c. celeb. GVIL. JAC. s' GRAVESANDII *physica elementa mathematica, experimentis confirmata, seu introductio in philosophiam Newtonianam*, II. tom. in 4. altera vice jam Lugd. Bat. a. 1725. ed. ejusdemque minus, ex majori hocce, sub *philosopb. Newton. institutionum* tit. ibid. ed. ann. in 12. ed. opus, & add. cel. PETRI van MVSSCHENBROEK epitome elementorum physico-mathematicorum, Lugd. Batav. 1726. in 8. mis. ed. in quorum altera tamen, multo auctiori, edit. a. 1734. in 8. maj. curta, multa ejusmodi capita, mere mathematica, qua in priori quidem eundem edit. extabant, quippe que ad physicam scientiam minus recte referri, ipse VIR CELEB. agnoscit, & professus palam est, jam expuncta sunt.

(c) id quod difertis verbis fatetur modo excitatus cel. s' GRAVESAND. hesis, prior, in prefat. tom. I. p. 2.

strandā hæc, maximam partem, sunt, & ob oculos ponenda, postrema vero etiam *experimentis illustranda*, & confirmanda; *demonstrationis* vero, vel tractationis, mathematicar pleraque horum nihil fere admittunt. Et hæc tamen omnia, hisque similia alia, in philosophia naturali tradenda, inque horum strūcturam, & indolem, pro sine ipsi proposito, inquirendū; atque ex his porro phænomenorū occurrentium rationes reddendas, esse, dubium vix illis esse posse existimaverim, qui ea, qua de hujus scientia & nomine, & indole, antea modo annotavimus, vel leviter saltim, perpenderint. Quod si hæc ergo physica argumenta esse agnoscamus, & eadem tamen nec mathematicam tractandi ratione in capere, nec cum totius matheseos, sub loco jam indicato, & objecto, & fine, conspire, comprehendimus; neque physicam etiam ipsam matheseos partem aliquam esse, neque adeo & argumenta mere mathematica, cum propriorum, & quasi domesticorum, exclusione, tractari in eadem debere, necessario jam conficitur. Neque melius vero de doctrina physica, qui ita eandem pertractant, mereri mihi videntur, quam de ipsis forsan scientiis mathematicis esset meriturus, qui vel astronomiam, vel mechanicam, vel geometriam tandem ipsam, ex doctrinarum mathematicarum numero expungere, illarumque loco vel de *syllogismo*, vel de *existentiis*, & *perfectionibus*, *divinis*, vel *altis ejusmodi*, ad eaurundem forum plane non pertinentibus, capitibus in iisdem veller exponere. Etiam hic ergo totius & philosophiæ naturalis, & matheseos, ante oculos semper habendus finis est, nisi mire hic omnia turbare, & quadratis miscere rotunda, venimus.

§. VII.

Non minus vero finis, quo tendere tota philosophiæ naturalis tractatio debet, oblivisci mihi illi videntur, qui argumen- Quo & illi per-
ta quidem mere physica, hoc est, ad naturam cognoscendam timent,
pertinentia, in genere in eadem tradunt; in iisdem tamen per- qui res
tractandis ita non raro versantur, ut suæ potius, aliarumque, mere cu-
riosis, &
innisiles,
curiositati nudæ, eidemque sâpe vanæ admodum, & iniuit, nu-

hic tra-
ctant.

disque *sensuum oblectamentis*, magis, quam solidæ rerum naturalium cognitioni, videantur litare. Commune hoc fere plerorumque illorum omnium est virium, qui *omnia*, quæ circa rem aliquam institui possunt, *experimenta*, sine certo fere *fine*, & *scopo* omni, corradunt, & cumulant, iisdemque non aliter sepe, ac pueri fabi, pupisque suis, ludunt. Quot enim, quæso, ut exemplum saltim aliquid, quo illustrare mentem meam clarius possum, adducam, non sunt, qui non *necessaria* solum, & ad intelligendam aëris & gravitatem, & vim elasticam, facientia (quis fānus enim hoc reprehenderit?); sed *omnia*, quæ institui modo possunt, quæque opificum, & panem artibus mechanicis quārentium, hominum vanitas sepe solum adinvenit, antlia pneumatica instituenda, experimenta vel in scriptis suis physicis, ubi de aère, ejusque qualitatibus, agunt, sollicite congerunt, vel, quando in tradenda etiam hac scientia versantur, sine omni fere causa, & ratione, instituunt, indeque quid iisdem sibi velint, cuiusve gratia omnia isthac afferantur, ipsi sepe ignorantia?) Nolo testes hujus rei scriptores physicos excitare, ne vel injurius in quemquam esse videar, vel cum quoquam super eo, quod ipsi placet, concertare necesse habeam. In eo tamen facile omnes, suo rem quamque merito extimantes, adsensuros mihi esse, propemodum confido, non ad ludendum, tempusque tanquam fabula quadam transigendum, vel ad grata etiam oculis solum *specacula* præbenda, comparatum philosophiæ naturalis studium debere esse. Longe nobiliores, quod jam antea aliquoties monui, præfixi hic nobis finis

(a) quoniam exemplo modo, ad declaranda animi sensa, opus erat, hoc, quod adduxi, facile sufficerit. Habet tamen quoddlibet physices *caput*, quod pro vano, & inutili, æquis rerum arbiter facile reputaverit; et si & hic magnis sepe haec in scientia nominibus longe alter videatur. Trahit enim sua quemque voluptas. Sepe etiam ad *alios* vitæ humana *usus* caput aliquod facit, quod male illi tum ad ipsam scientiam physicam pertinet. Si enim, quos opificibus, & mechanicis, variis corpora nonnulla naturalia usus præstant, commemorare omnes in physicis vellēmus; quis dicendi esset futurus finis? Scopi propositi consideratio his omnibus modum, terminumque, ponit.

nes sunt. Deus ex natura nobis cognoscendus, phænomenorumque naturalium ex structura corporum est reddenda ratio: ut illa humani ingenii monstra, *arbitrium*, & *superstitionem*, vincere feliciter discamus. Hunc finem ante oculos possum habere semper debet, quisquis digne philosophiam naturalem pertractaturus, justosque ipsi limites præfixurus, est. Huc, quicquid omni rerum naturalium ambitu comprehensum, referendum, eoque spectans omne studiose conquirendum, nihilque plane illorum omnitudinem, esse, existimo. Quicquid eo vero referri nullo modo potest; illud neque philosophia naturalis, qua sine nobiliori hocce fine nihil agit, partem esse vel posse, vel debere, quin ad alias potius quascunque artes, vel scientias, ablegandum esse, arbitror: quam sci-tu jucundum, quamve ad alios fines, vitæque humanæ usus, aptum, accommodatumque, illud etiam fuerit. Cujus ergo gratia hoc, vel illud, in philosophia naturali tradat, quid itidem, quantumve, ad hunc obtainendum finem idem faciat, quem tandem cum aliis, eo pertinentibus, argumentis nexum quodcunque habeat, cogitandum semper physico in argumentorum suorum delectu erit, nisi vel sine fine plane agere, vel præcipuo saltim hujus scientiæ usu, velit, excidere. Hocvero modo, & scopo, si quis in tractanda scientia naturali versatus fuerit; illum nec eorum facile quicquam, qua huc merito pertinent, omissum, nec peregrini etiam, atque ab hujus doctrinæ foro alieni, quid temere admixtum eidem, esse, plane sum persuasus.

§. VIII.

Excipit rerum materialium & corporearum scientiam in integro philosophia systemate merito rerum immaterialium, & in corporearum, quas dari ratione sola novimus, doctrina, adeoque & de hac jam pauca nobis monenda erunt. Eo vero brevioribus hic nobis esse licebit, quo vel minor hic inter philosophos hodie est dissensio, vel facilius etiam emendari hic commissus error potest. Etenim nemo fere est, qui aliud quicquam ad hanc philosophiæ partem, quam pneumatologiam communis

*De pneumatologia,
ejusque
tractando
ratione.*

muni nomine appellare moris est, referendum facile ducat, quam quod ad rerum *immaterialium*, & *spiritualium*, classem, consumque, pertineat. Num *onne* vero illorum genus ad *unam* quandam, eandemque, disciplinam referri, an de *singulis* potius totidem *diversas* disciplinas extrui, totamque adeo pneumatologiam in *psychologiam*, *theologiam naturalem*, & *demonologiam*, dispesci, præstet? de eo vero non inter omnes quidem convenire video a). Neque magni vero momenti dissensum illum esse, neque satis graves, qui diversas totidem disciplinas hic fabricantur, cur ita agant, causas habere, facile patet. Non potiores enim, qui id faciunt, rationes habere video, quam habituri forsitan illi essent, qui physicam scientiam in tot diversas disciplinas, quot corporum genera diversa in eadem pertractantur, essent disceptandi. Et, ut verum fatear, potiores longe forsitan, eur hi quidem id facerent, ob argumentorum amplitudinem, quam illi quidem, haberent rationem. Neque majoris vero multo momenti disquisitio illa est: num *tota* de rebus *spiritualibus* doctrina ad *metaphysicam* ableganda, ejusdemque quasi portio quædam facienda solum, sit, an minus b)?

Quo

a) disceptatum hac de re jam olim inter aristotelicos esse, vel ex loco, statim excitando, videri in compendio potest. Idem vero hodie agunt, qui iterum, morem aristotelicorum querundam etiam hic secuti, non doctrinam solum de Deo a doctrina de *anima humana*, quam *psychologiam* appellant, separant, separatasque ex iisdem scientias conficiunt; sed *psychologiam* quoque porro in *empiricam*, & *rationalem*, uti vocant, dirimunt, atque eodem modo diversas iterum disciplinas easdem faciunt. Cur ilorum tamen tractandi rationem sequendam esse ducere, nullam haec tenuis rausam prægnantem video. Gloriola enim solius venanda gratia novarum scientiarum inventiones affectare, atque in partes propterea scindere, que formosius longe, inter se conjuncta, corpus confiunt, parum philosopho dignum mihi semper visum est.

b) quam initio aristotelici circa questionem illam se olim torserint: *num psychomotica peculiari*, & à *nigliris scientiis*, *presertim metaphysica*, *disputatur*? id. vel ex ANDREÆ FROELINGII, *Logices in Helmstedtiensi Acad. olim Professoris*, a. 1663. de hac ipsa questione ibid. edita dissert. videre in primis licet. Quum omnes vero, quas illi excitare hic solebant, difficultates ex remoto jam in superioribus prejudicio orta sum fuerint; tricis etiam illis carere nos jam facile possumus.

Quo enim errore, & præjudicio, hæc ipsa persuasio nitatur, jam in superiori dissertatione indicatum est (§. 16.). Sinistra librorum metaphysicorum Aristotelis interpretatio totum hocce commentum peperit; quod recentissimis tamen quibusdam philosophis, qui meditationibus suis metaphysicis propterea sua de spiritu, anima humana, & Deo, cogitata simul inferunt, mirifice adhuc placere, satis inter omnes constat. Non reūtius tamen id fieri existimo, quam si quis vel ontologiam theologiae naturalis, vel physicam etiam juris naturalis, ut alia taceamus, esse partem vellet. Ob eandem enim illam, ob quam alia philosophia partes separatas disciplinas, vel scientias, constituunt, rationem tota quoque de spiritibus quibuscunque doctrina pro tali non minus meretur haberi: neque, adeo tenacem antiquiorum errorum, & præjudiciorum, philosophum esse, convenit, ut meram *consuetudinem*, quam *ratiōnēm*, & rerum ipsarum *naturam*, sequi malit. Vel hoc ipso tamen, à scholasticis ad nos derivato, errore unice nititur, quod vel hodie, qui *metaphysics* in scholis nostris superioribus constitutum doctores sunt, idem etiam, hoc ipso, *pneumatologie*, & *theologie naturalis*, dogmata tradere simul teneantur, neque vel propterea, in hunc usque diem, præter metaphysics doctores, nobilissimæ istius, quæ de Deo, anima humana, aliisque substantiis spiritualibus, exponit, scientia peculiares quidam, quantum constat, in academiis nostris doctores publici unquam sint constituti. Unde &, vel hujus ipsius consuetudinis jure, omnes *metaphysics* in academiis doctores *pneumatologie*, atque *theologie naturalis*, cui utrique docenda præpositi simul sunt, & titulos, & jura, vindicare sibi merito possunt.

S. IX.

A theoreticis, quas supra voravimus (*diff. I. §. 9.*), ad *præ-sophia*
etica philosophia partes, & disciplinas, pedem jam proferimus; *practica*,
quæ optima vel in his quoque tractandi nobis videatur esse *eiusque in*
ratio, paucis jam indicaturi. Etsi in superioribus vero, ubi *ethicam*,
de philosophia practica in genere exposuimus, annotatum jam *politicam*,
nobis simul est, quo quidem modo totam philosophiam *& econo-*
micam, *distinctio-*
etica, pro finis, quem actionibus nostris præfigere possumus,
C *diver-*
ne.

diversitate, commodissime dispesci posse existimemus, quæ eandem dividendi ratio hodie etiam plerisque usu jam recepta est; quoniam antiquior tamen ejusdem in ethicam, politicam, & economicam, divisio, inde ab Aristotelis fere temporibus, communis fere consensu comprobata fuit, hodieque non minus arridere multis adhuc videtur, paucis modo offendendum nobis hic erit, quare minus commoda, adeoque & minus alterius præferenda, eadem nobis esse videatur. Nolim equidem negare, posse omnino hominem in triplici hocce diverso statu in primis considerari, ut vel tanquam homo, in se, & in statu quasi naturali, abstrahendo plane ab omni ejusdem statu adventitio, vel in societatibus quibusdam minoribus, quales conjugalis, paterna, & herilis, sunt, vel in societate tandem majori, quam rem publicam vocamus, constitutus spectetur. Neque enim fundamento hæc distinctio carerit; neque, quando ad adæquatam totius practicæ philosophiarum divisionem sufficere eandem negamus, illam propterea ipsam statim rejicimus. Salvam ergo hanc distinctionem esse volumus; & suo modo, sensuque, ipsi tuemur. Non omne tamen illud, eo, quo accipi plerumque solet, modo, exhaustum, quod circa actiones hominum, rite instituendas, & ad fines suos dirigendas, observatu dignum est. Etenim homo, in statu sive naturali, sive adventitio quounque spectatus, duos præcipios potest habere omnium svarum actionum fines, qui etiam, si felix, bearusque, quantum per rationem quidem solam licet, fieri cupit, ante oculos ipsi semper habendi sunt. Vel id enim potest agere, ut ratione status sui externi sibi bene sit, hoc est, ut ne rebus, ad conservacionem suam necessariis, careat, ut secura, & tranquilla, illarum possessione gaudeat, ut pace externa fruatur, & quæ ejusmodi forsitan alia sunt, sine quibus salvo ipsi esse vix licet; vel eo quoque, in omni omnino statu, potest simul eniti, ut, quoniam interna mentis requies, & tranquillitas, non semper cum extrinseca status felicitate conjuncta, neque adeo necessarium quoque ejusdem consequens, est, ad hanc ipsam quoque mentis tranquillitatem, quæ vere summa hominis in hac vita est felicitas, quantum per rationis, & naturæ, vires licet, simul adspicitur.

adspiret. *Huc ergo philosophi, si suum explere officium velit, convertenda quoque in primis cura est; neque adeo solius extrinsecæ felicitatis habenda solum erat ratio.* Adeo diversæ vero naturæ, magnique simul momenti, atque ex longe aliis re petenda principiis, hæc res est, ut cum extrinsecæ quacunque hominis, sive in naturali, sive in adventitio quocunque, statu spectati, felicitate in unam quandam classem, vel disciplinam, campingi haud possit: id quod longe tamen aliter in omnibus plane illis, quæ ad extrinsecam illam hominis felicitatem, sive in statu naturali, sive in adventitio, solum pertinent, se habere, facile patet. *Hujus ergo diversissimi, ad quem actiones hominum dirigenda sunt, finis potius, quam diversi solum eorundem, extrinsecam suam felicitatem tantum querentium, status, habenda erat, in philosophia practicæ divisione, ratio: adeoque & illam, supra jam commendatam, totius philosophia practicæ in ethicam, juris prudentiam naturalem, & politicam, divisionem vulgari, & antiquiori, in ethicam, politicam, & economiam multum quoque preferendam esse, adhuc existimo a).*

§. X.

Maximopere vero, neque id sine omni ratione, dubito, zalem philosophia practicæ parrem, qualis recentiorum cumpromis philosophorum industria sic dicta ethica, quam & philosophiam moralem vocant, facta successive est, antiquioribus gra corum philosophis vel satis fuisse cognitam, vel in mentem forsan unquam venisse. Quid ARISTOTELES enim suis moralium, C 2

ethica,
qualis haec
die esse
capit, ea
teribus
fuit in-
cognita.

vel

- a) miror propterea, inadæquatam illam totius philosophiae practicæ in ethicum, & politicam, sub qua & economica comprehenditur, divisionem magni nominis philosopho recentius adhuc placuisse, qui non solum in den vermissitigen Gedanken von der Menschen Thun und Lassen, und von dem gesellschaftlichen Leben der Menschen, totum philosophiae sua practicæ sistema eidem superstruit; sed & in discurso suo *præliminari de philosoph. in genere, logicæ, methodo scientifica per traciatæ, premisso §. 63. 19.* eandem denuo approbat. Quas, qualesve, vero haec ipsa divisio in scriptis ejus, modo adductis, germanicis argumentorum diversissimorum, nullo plane modo inter se coherentium, miscelas pepererit, alio loco jam indicatum est: vid. diss. de reforma philos. Vitemb. 1730. ed. posterior. §. LX. not. i. quo loco & alia, huc pertinentia, occurruunt.

vel ethicorum, libris sibi voluerit; de eo neque inter antiquiores, neque recentiores, aristotelicos satis convenit. Non inquiram hic loci in item istam, quam alio loco b.c.D paucis disceptabo a). Illud tamen silere hic nequeo, enatam mihi ex variis Aristotelis locis probabilem illam esse persuasionem, homini politico, hoc est, ad vitam civilem facto, *mores* quosdam *principios* commendare solum voluisse Aristotelem, quos ille, si prudenter agere, feliciterque vivere, in eo statu, velit, sequi omnino debeat. Hinc fixus ille *virtutum* apud Aristotalem *numeris*, hinc illa, in *mediocritate* posita, *virtutis* indoles, hinc ista ipsius philosophia moralis appellatio, qua *politican* de *morbis* alicubi eandem vocat, hinc illa tandem de *summi boni ethici & politici affinitate* opinio, & quæ ejusmodi *alia plura* sunt b). Non patientur vero isthac omnia, ut persuaderi mihi sinam, vel per somnum de tali philosophia moralis, qualem nos quidem habemus, in mentem Aristoteli quicquam venisse, talemve adeo in libris suis moralibus tradere illum unquam voluisse. Etsi inter reliquos vero græcorum, romanorumque, philosophos non desunt, qui multa omnino illorum, quæ hodie ad philosophiam moralem, seu ethicam, referimus, jam tradiderunt, quo & elegantissima *Socratis*, apud *Xenophontem*, & *Cebetis*, & *Epi.leti*, & *Plutarchi*, & *stoicorum* nonnullorum, & *Ciceroni*, *Senecæ* denique, aliorumque apud græcos, & romanos, philosophorun, doginata moralia, maximam partem, pertinent c); neminem tamen illorum reprehendimus, qui de redigendis istiusmodi doctrinis moralibus in *systematis*, vel *disciplina* cuiusdam, formam cogitaverit, talemque adeo, qualem hodie jam habemus, philosophiam moralem condere suscepit. Partes ergo, membraque dispersa, horum ipsorum philosophorum solum erant dogmata, quibus ad nostra

a) in *philosophia* nempe *moralis prolegomenis*.

b) de quibus omnibus in *prolegom. philos. pract. tom. III. uberior, introd.* pluribus dicetur. vid. interim ipse ARISTOTELES *Nicomachior. lib. I. cap. 1.* & *magnor. moral. lib. I. cap. 1.* statim ab initio.

c) uti vel ex celeb. STOLLII *histor. der heydn. moral* videre in compendio licet.

stra usque tempora justi corporis forma, habitusque, defuerunt. Occasionem ergo hanc ipsam illis induendi primam vel suis BACO de VERVLAMIO consiliis, vel suo *medicina moralis typo VINCENTIVS PLACCIVS*, primi dederunt: quæ tamen omnia, quoniam historiam hujus scientia pertexere hic in præsenti nequeo, fuisse quoque jam persequi haud licet, alii que propterea, eidemque commodiori, occasione illa reservanda sunt. (d). Prælibanda vero isthac vel propterea saltim paucis hic fuerunt, quo ostendere eo evidenter possem, *aliam longe bodie*, quam qualis olim quidem erat, in philosophia moralis jam invalidisse tractandi rationem: et si, quod aliis disciplinis philosophicis quoque evenisse supra jam annotavimus, etiam hic locum invenit; siquidem pervulgatum illud *ethices* nomen non raro hic retinemus, novoque illi, quod in aristotelicæ scientiæ locum successit, corpori tribuimus, adeoque & aliud plane quid, quam Aristotelicis quidem usu olim veniebat, sub eodem jam cogitamus.

§. XI.

Ut ipsa vero ista, quam hodie jam eidem disciplinæ tribuimus, forma etiam retineatur, omnisque simul adeo impendatur opera, utne cum aliis disciplinis practicis illa iterum commisceatur, aliaque, ab ejusdem scopo aliena, in eandem denuo infasciantur, multum ad hujus scientiæ nexum, evidentiam, & usum, interesse omnino existimamus. Non posse vero melius, certiusque, hunc scopum obtineri, quam si ^{Praferri} _{tamen} ^{illa tra-} _{Randi} ^{ratio} _{alii omni-} ^{bus mere-} _{tar.}

perpetuo in hac perractanda scientia ante oculos nobis ponamus: nihil hic intrare, aut locum habere, vel posse, vel debere, nisi quod ad *internam affectuum, propensionum, & morum, nostrorum emendationem* solum faciat, *animique adeo nostri felicitatem, & tranquillitatem, promovere valeat*. Quum neminem enim facile in dubium vocaturum esse, arbitrer, quin hæc ipsa animi nostri felicitas, & tranquillitas, maximum, quod exoptare quidem queamus, vita hujus bonum sit, sine

C 3

quo

^{d)} vid, interim diss. cit. de reform. philos. prior. §. 27, not. 9.

quo omnia, quæ nos circumfluunt, bona reliqua ne reputari quidem pro talibus mereantur; neminem etiam facile negaturum esse, crediderim, de tali, tantoque, bono, operæ omnino esse pretium, ut in philosophia ipsa quoque sigillatim exponatur, atque, quo quidem modo obtinere illud, queamus, quidve eum in finem agere nos convenient, dilucide, & in toto suo ambitu, tradatur. Neque hujus tamen rei, argumentorumque, huc spectantium, natura patitur, ut in aliis philosophiæ practicæ partibus, alios longe actionum nostrarum & fines, & modos, spectantibus, pro dignitate sua tractari isthac simul possint. Adeo multa, notataque digna, & ad finem istum obtainendum necessaria, totoque propterea, quod ajunt, celo ab aliarum quarumcunque scientiarum objectis diversa, hic se pertractanda nobis offerunt, ut non videam, quid obstet, quo minus, & ob rei ipsius dignitatem, & argumenti amplitudinem, singulari, & à reliquis scientiis practicis diversa, disciplina hæc omnia complectantur. Hoc ipso vero semel concesso, illud jam proxime, pronoque nexu, porro consequitur: sola isthac, citra illorum cum aliarum disciplinarum objectis confusionem, hic etiam esse tradenda. Quum ipsa enim finis in singulis scientiis practicis diversitas & objecti, & principiorum priorum, diversitatem pariat (*diss. prior. §. 11.*); & alieno maxime loco, & citra justam ex principiis suis propriis deductionem, pertractare rem omnino oportet, qui alia, quam quæ ad intrinsecam propensionum, & affectuum, nostrorum emendationem, animique nostri felicitatem, & tranquillitatem, faciunt, in scientiæ hujus sistema infarcire conatur. Altum ergo hic de lege, de obligatione, de conscientia, de officiis erga nos, & alios, aliterque, horum similibus, argumentis, debet esse silentium; siquidem, quicquid hic agendum nobis commendatur, illud omne ex solius *tranquillitati* nostræ contemplatione fluere, atque ad illam, quoconque modo obtainendam, tendere simul unice, debet. Nisi hoc enim solcite observatum fuerit, mira diversissimarum doctrinarum, non felicius, quam ferrum & arena, inter se cohærentium, hic farrago orietur, multaque, contra, ad hujus scientiæ ambitum merito referenda,

da, maxime necessaria, capita hic iterum simul omittentur a).

§. XII.

Quid jurisprudentia naturalis nomine significetur, id sū-
pra equidem jam paucis indicatum est (§. II. diss. prior.); non prudentia
sine ratione tamen verendum mihi esse video, ne, quæ ibi in
compendio dicta, atque ex multis, inter se connexis, notionibus
paucis verbis quasi accumulata, sunt, vel propter hanc ipsam bre-
vitatem suam, quod fieri plerumque solet, obscuriora simul
evaserint: unde hic jam ab ovo, quod dicunt, res repetenda
erit. Non necesse vero esse judicaverim, ut, quod inter omnes
jam satis constat, hic denuo moneam, HVGONEM nempe GRO-
TIVM primam fere huic disciplina excolenda dedisse occasio-
nem: et si dudum ante ipsum de eo, quid naturaliter ius, ius
naturalis, sit, disputatum, & legis quoque, iuris, naturalis nomen
frequentissime usurpatum, fuerit, immo integri jam de lege
naturali, & principiis juris naturalis, libri sint editi b). Ejus enim
exemplum potissimum excitati alii majori deinceps studio ar-
gumentis, hic pertinentibus, diligentius excutiendis, & in or-
dinem redigendis, navare operam cœperunt. Vel ex ipsa ve-

ro

- a) non satis distinctam horum vitiorum ideam animo facile concipere, quantumvis talis doctrinarum confusio totius systematis integratit, ipsorumque argumentorum soliditati, perspicuitati, & inter se nexui, offi-
ciat, perspicere satis, licet, nisi quis confusa ejusmodi tractationis
exemplum aliquod fibi hic ob oculos ponat, atque ad singulorum argu-
mentorum, cum ad habitum totius disciplina relationem, tum nexum
inter se mutuum, studiose attendat. Etsi vel maxime vero ex recentissi-
mis, & celebratissimis, hujus disciplina scriptoribus adducere hic non-
nullos poteram, quorum exemplis dicta facile confirmarem; ob
causas tamen, superiori dissertatione jam indicatas (p. 29.), nominibus
ipsorum hic lubens parco. Illos vero, qui ethicas christianas scripserunt,
hic plane taceo; quum illorum amethodia, & confusio, in omnium ocu-
los per se satis incurrat.
- b) de quibus omnibus conf. partim scriptor. qui historiam J. N. condide-
runt, BVDDEVS, THOMASIVS, LVDOVICI, alii; partim que suo
tempore b. c. D. in prolegomen. jurispr. natur. pluribus dicenda erunt.

ro illa, quam in eruditissimo suo opere secutus Grotius est, tractandi ratione satis jam appareat, propositum ipsi haud fuisse, adequatum, omnibusque suis numeris perfectam, *jurisprudentiam naturalem*, qualis apud recentiores plerosque scriptores hæc disciplina jam est, & de qua condenda PVFENDORFIVS potius cogitasse demum primus viderur, suis *de jure belli & pacis* libris complecti. Quin id potius agere modo voluisse videtur, ut quid juxta rationis sanæ dictamen aduersus alios, sive homines singulos, sive integras populos, tempore belli, pacisque, agere iustum, vel injustum, sit, paulo evidenter, & qua præcipua sua, quæ hic quidem occurrere solent, capita constaret. Quum virum enim juris peritissimum, prudentissimumque, non lateret, communem nullam, quam homines in actionibus suis erga se mutuis sequantur, quave omnes ex quo obligentur, extare normam, præter naturale illud jus, quod rationis recte dictatum vocat; hoc quidem luce majori donare, & ante oculos quasi omnibus ponere, quidve secundum illud facere aduersus alios liceat, quid minus, explicare, idemque tandem omnium, quantum fieri poterat, & genitum, & temporum, consensu firmare, inprimis sibi proposuerat. Qua ad hunc ergo finem obtainendum necessaria, & cum argumentis, eo pertinentibus, connexa arctius, erant; ea etiam in opere suo solum pertractavit GROTIUS; reliqua, tanquam ad finem ipsi propositum nihil pertinentia, silentio etiam plane prætermisit a). De bello ergo, & belli gerendi jure, variis que

a) nihil ergo hic de *officiis*, vel erga nosmet ipsos observandis, vel *Deo* etiam debitis, que posteriora à recentioribus nonnullis, præter rem licet, uti deinceps videbimus, ad jurisprudentiam naturalem referri quoque cœperunt, à Grotio hic traditur. Immo né de *officiis* quidem, erga alios observandis, directe hic exponit Grotius: et si eadem ex illis, que jure naturali licita, vel illicita, esse ostendit, facile eruantur. Non tam *obligationes* enim, & *officia*, proprie talia, quam *jura* potius naturalia, hoc est, quid naturaliter aduersus alios facere vel liceat, vel minus, tradere idem solum voluisse videtur: il quod observasse ad veram operis ipsius īdolem, & quasi œconomiam, perspicidam multum omnino facit.

Quoniam

que bellorum generibus, de sui, rerumque suarum, defensione, &, quot quidem modis res fieri nostra possint, de variis bellorum gerendorum causis, quidve in bello, & in bello victos, fieri liceat; de his inquam, aliquis ejusmodi, capitibus hic solum exponitur, nihil vero de reliquis, quæ hodie quidem referri à plerisque ad hanc scientiam solent, argumentis ibidem occurrit. *Latus ergo hic se diffundere cœpit PUFENDORFIVS*, atque suo naturæ & gentium jure id omne jam comprehendit, quo obligationis erga nos, aliosve quoscunque homines, aliquod modo continetur caput, siue de finum justum quoddam disciplinæ adæquata systema condere cœpit. *Quum Grotius quoque non satis distincta juris, & dictaminis, naturalis constitutisset fundamenta*, quin cum scholasticis potius ad obscuras illas persolutas, uti ipsi quidem appellabant, moralis notionem, qua rem saltem ipsam, se receperillet; *Pufendorfus contra socialitatem omnis obligationis fontem*, primumque cognoscendi principium, fecit, siue ad distinctas magis notiones revocare omnia studuit b). Tandem vero, quum ab adversariis ipsius atheismi crimen ipsi objiceretur, ad invidiam, calumniamque, illam depellendam & de nostris erga Deum observandis officiis, & de ipsa quoque divina existentia, exponere in suo de officio hominis & civis libello maluit, quam infrunitorum ejusmodi hominum calumniis amplius patere: et si scientia hujus fini utrumque hocce argumentum minus convenire, ipse jam probe satis videntur intellexisse.

§. XIII.

Non licuit nobis brevem horum momentorum, recensum hic omittere, ubi de limitibus jurisprudentie naturalis rite constitutendis sermo nobis faciendus est, siquidem lucem hæc ali-

D

quam

*leges, &
inde ori-
undas obli-
gationes,
naturales
dari ostend-
duntur.*

Quoniam id omne vero, quod homini facere adversus alterum vel licet, vel minus, ad statum vel belli, vel pacis, revocari commode potest; *jus etiam belli & pacis opus suum propter ea inscripsisse in primis videtur*.

b) *societas quoque mentionem quidem variis in locis jam facit GROTIUS.* & in primis lib. I. cap. I. §. 3. non obscure simul principium cognoscendi iusti eandem constitut; longe tamen distinctius hæc à Pufendorfio posthac esse profita, neminem fere latet.

quam subsequentibus omnino astundunt. Non tam ad id tamen attendendum hic nobis esse existimaverim, ubi de rite definitis hujus scientia limitibus disputamus, quid vel GROTIUS, vel PUFENDORFIO, vel aliis etiam sequioribus, suam tractandi rationem persuaserit, quam, quid ipsa, potius, rei natura, actionumque nostrarum, ipsiusque philosophiae practicae, indeoles hic sibi videantur postulare. Ut ad hoc ergo animum etiam unice jam advertamus, atque ab aliis omnibus tantisper abstrahamus, operam quoque in primis in praesenti dabimus. Supponendum vero nobis hic ante omnia erit, & Deum omnino existere, & hominum omne, quod in mundo datur, genus ab eodem simul esse conditum. Neque dubium nobis porro, quando de perfectionibus ejus ex rerum naturalium contemplatione convicti prius sumus, esse amplius potest, quia sapientissime omnia ab eodem facta sint, adeoque & fines sapientissimos idem habuerit, ob quos, uti reliqua omnia, sic nos etiam, considererit. Non nostri ergo mere juris sumus; neque adeo, quocunque, & in quoscunque modo libet, idem agere statim nobis etiam licet; quin potius, ut finibus, quomodo cunque a nobis cognitis, divinis convenienter agamus a), necesse est.

a) ne mirum lectoribus nostris videatur, rogo, *juris naturalis* cognitionem nos a *finiis divinorum* nostra hic derivare, & totam quasi suspendere. Neque alius enim, ex quo de voluntate divina constare nobis, ratione soli, possit, habemus fundamentum; neque, sine voluntatis etiam divina cognitione, Deoque adeo ipso, jus aliquod vere, proprieque, tale, prout eadem huius vocis, ac legis, proprie dicta, vis est, quod homines omnes obligent, vel cogitando fungi posse, persuasi omnino sumus. Sole etiam diverso juris vocabuli *ius*, *senatus*, a nobis recedunt, qui, jus aliquod nature, sine Deo, cogitari, & locum habere, posse, contendunt. Vel id enim sub hoc vocabulo solum intelligunt, ad quod vel faciendum, vel omissendum, homo ipsius sua *utilitatis*, & *conservationis*, intuitu jam obligatur: hoc est, quod facere ipsum necesse est, si salvis esse velit; vel juris etiam nomen pro facultate recte aliquid vel *agendi*, vel *omittendi*, potius, quam qualicunque *actionum* nostrarum *norma*, ad aliquid sive agendum, sive omissendum, nos obligante, accipiunt. Utroque vero modo ab illo juris vocabuli sensu, quem nos hic in primis admittimus, recedunt. Et si verum ergo est, dari omnino actiones quasdam, ad quas vel suscipiendas, vel omissandas, homo jam in se obligetur, si salvis esse velit,

cesser omnino erit. Neque de eo enim dubium cuiquam esse facile posse existimaverim: num obligati etiam omnino simus, hoc est, num necessitas etiam aliqua nobis incumbar, ut finibus divinis, à nobis cognitis, convenienter agamus, an vero minus? Hoc vero præstructo omni, quisquis tandem finis ille etiam sit, ob quem conditi à Deo sumus, quippe de quo hic disputandi nec locus, nec causa ulla, est; id certe extra controversiam omnem jam videtur esse positum, velle Deum, ut ob illum ipsum, ob quem conditi ab eodem sumus, finem in mundo etiam, quamdiu id per corporis constitutionem licet, perduremus, hoc est, ut verbo dicam, conservemur. Conservationem ergo hominum Deus intendit, bujusque adeo intuitu vel facere, vel omittere, aliquid adversus nos, aliasque, in mundo existentes homines, vi divine voluntatis jam oportet: id quod officiorum, erga nos, diuine, observandum, nomine compellare jam possumus. Quid illud vero ipsum sit, quod nostra conservationis intuitu ita facere nos, vel omittere, adversus nos, aliasve, oporteat; illud vero non melius, quam ex ipsis naturae humanae consideratione, actionumque nostrarum cum ipsis ejusdem conservatione vel convenientia, vel pugna, discere nos posse, extra dubitationem omnem, puto, esse positum b). Ipsa ergo hominum natura, statusque ejusdem presentis, proximum jam evadunt cognoscendi principium, ex quibus faciliter negotio discimus, quid conservationis nostræ intuitu Deus vel fieri à nobis velit, vel omitti. Quum id ergo, quod ita viribus mere naturalibus, ex ipsa rerum natura, cognoscimus,

D 2 natu-

velit, adeoque & ad illas divinae voluntatis cognitione opus non sit; neque diuinis tamen eadem hominem obligabunt, quam renunciare ipse commodis suis nolis, neque juris etiam proprie dieti, hoc est, legis, vere talis, vim, atque potestatem, sine accidente superioris voluntate, ejusque cognitione, eadem inquam accipiunt. Qui pro nuda vero facultate licet aliquid agendi, vel omittendi, vocabulum juris hic accipiunt; illi non videntur perpendere, quod jus, hoc sensu acceptum, ex jure, pro lege sumto, unice finat, atque sine hoc ne intelligi quidem queat: de quo omnem deinceps adhuc nonnulla monebimus.

b) atque hinc intelligi jam, sine magno negotio, poterit, quam verum, si recte explicetur, omnino sit, quod mensura juris sit utilitas: de quo alio tempore pluribus.

naturale merito vocetur; & *jura*, hoc est, *leges* proprie tales, & oriunda inde *officia*, atque, ex his porro fluentia, alio sensu, *jura*, quedam *naturalia* omnino dari, satis ex dictis evidens jam esse existimaverim.

*E*s de ju-
ris natura-
ralis no-
mine non
nulla mo-
mentar.

Quum philosophiaz ergo practicaz officium præcipue sit, ut, quid agendum nobis, hominibus, ad felicitatem nostram promovendam incumbat, distincte præcipiat, uti suo loco supra jam annotatum est (*diss. I. §. II.*); opera certe pretium omnino esse existimaverim, ut de his ipsis hominum, erga se, aliosque, observandis, officiis, atque inde fluentibus juribus, naturalibus singulari quadam disciplina, vel scientia, exponatur, quounque etiam nomine, vel titulo, eadem veniat. Nullam vero hactenus video rationem, quare non huic ipsi doctrinæ idem illud, usū jam receptum, *juris*, vel *juris* potius *prudentie*, *natura-
lis* nomen debeamus tribuere, eandemque, propter ejus ad integrarum gentium actiones applicationem, *jus* etiam *gentium* simul cum *PVFENDORFIO*, aliisque, appellare. Ambiguitate tamen maxima *juris naturalis* nomen laborare, jam antea annotatum est, quæ multis etiam, magnisque, dissensionibus occasionem jam sèpius dedit; unde & paucis illa nobis hic evolenda adhuc, atque tollenda simul, erit. Etenim per hoc ipsum vocabulum, quod inter omnes facile constat, usū communī nunc ipsa illa, de qua in praesenti loquimur, *disciplina*, nunc ejusdem vero *objectum* solum, sigillatim indicatur: et si hodie jam, quando priori modo accipitur, *jurisprudentia* potius *naturalis*, quam alterum illud, in vulgus adhuc receptum, *juris naturalis*, vel *juris nature*, adhiberi plerisque nomen solet. Quando ipsum vero *jurisprudentiaz* naturalis *objectum* potius, quam *disciplinam* ipsam, qua illud pertractatur, sub hoc vocabulo intelligimus; tunc, pro diverso illo *juris* significatu, alia etiam, aliaque, sub hoc vocabulo nobis cogitanda veniunt. Etenim inter omnes satis constat, quod *juris* nomine nunc *lex*, proprie dicta, vel *legum* potius *complexus*, nunc ex legibus, & obligationibus, oriunda qualiscunque *facultas moralis*, liceat aliquid agendi, vel omitendi, indicari in primis soleat. Et si hæc

duo

duo vero, toto, quod ajunt, cœlo inter se differunt; uterque tamen ille significatus sub *juris naturalis*, posteriori modo spectati, nomine simul comprehenditur. Et leges enim, proprie tales, divinas, atque naturales, quas ex indicatis supra fundamentis deducimus, & jura, pro facultate agendi accepto vocabulo, naturalia, sub eodem simul complectimur; idquod à nonnullis jurisprudentia naturalis scriptoribus non satis distincte attenditur a). Quum adeo arctus tamen *officiorum*, seu obligationum, quæ ex lege oriuntur, & inde porro oriundorum *juriam*, pro facultate morali accepta vocc, *nexus* sit, ut alterum sine altero cogitari vix possit, immo ex *isdem* illis legibus, quibus alteri obligatio aliqua, aliquid vel agendi, vel omittendi, imponitur, alteri semper simul *jus* aliquod, rei ejusdem vel observationem, vel omissionem, ab eodem illo postulandi simul enascitur, idquod & in uno eodemque *subjecto*, pro diversa ejusdem considerandi ratione, habere locum non minus

D 3 potest

a) scilicet *tria* in primis sunt, quæ in omni tradenda jurisprudentia naturali observanda potissimum esse videntur, indeque & solite semper distinguenda à se invicem erant. *Iusta* enim ex solidis fundamentis ostendendum semper, circa singula capita, est, quidnam illud sit, ad quod vel agendum, vel omittendum, ipsa lege naturali proprie, stricteque, obligemur nosque adeo facere, vel omittere, *propositum*. Quando illud vero jam cognoscimus; tunc facile, vi oppositorum, simul patescat, quid, salvis *isidem* legibus naturalibus, facere, vel omittere, nobis licet: id quod *altruum* tum, ad quod attendendum nobis ubique venit, caput est. Ipse vero illæ, ex lege quacunque naturali oriundæ, *obligationes*, stricte, proprieque, tales, *facultatem* nobis porro pariunt, illarum ipsarum causa aliquid vel aduersus nos, aliosve, faciendi, vel ab aliis etiam recte postulandi: quæ *juris naturalia*, pro facultate, seu qualitate, morali accepto vocabulo, communiter vocamus, queve *tertium* jurisprudentiae naturalis caput configunt. Hæc *tria* ergo circa *singula* quoque ejusdem argumenta solite secernenda, & seorsum explicanda, sunt, si sua illis constare & certitudo, & evidenter, debet. Quum de singulis vero ipsis intelligi quæstio & possit, & soleat, quando: *num hoc, vel illud, juris naturalis sit?* disquiritur; nemo jam magnopere mirabitur, quod tot circa has ejusmodi quæstiones controversiae, & dissensiones, plerumque vigeant, quæ, quoniam ex diversa vocis acceptione potissimum oriuntur, in logomachis quoque meras abeunt.

poteſt b); utroque hoc ſenſu acceptum *jus naturae*, jurisprudentia naturalis *objectum* reſte quidem conſtituitur, & ſub uno eodemque vocabulo ſimul comprehenditur; ſolicite tamen alterum ab altero, in ipta ſcientia hujus pertractione, ſemper eft diſtinguendum.

§. XV.

*variorum-
que, circa
ejus tra-
ditionem,
nisi indi-
catur.*

Num talem jam, jurisprudentiam naturalem, disciplinam, qui superioribus temporibus eandem tradiderunt, eſſe voluerint? de eo vero non multum cum quoquam litigabimus. Illud ſal- tim ex hac tenus dictis fatis jam conſtare existimaverim, gra- viſſimas omnino adere rationes, cur hos ipſos, quos modo indicavimus, ſcientia huic præfigamus limites. Dici enim viꝫ poteſt, quantum & digna, ſolidaque, hujus ipſius quoque diſciplina pertractione ab argumentorum & juſto delectu, & cum inter ſe, tum cum ſuis quoque fundamentis, atque principiis, nexu, peadeat. Quodſi diſciplina ergo *juris communis*, utroque, anteā indicato, ſenſu accepto hoc vocabulo, eſſe jurisprudentia naturalis debet, quaque adeo id tradat, quod & ſingulis ho- minibus, & integris gentibus, adverſus ſe, aliosque, facere *jus*, & *fas*, ſit; fatis hoc ipſo limites ejusdem jam definiti ſunt, atque non facile latere amplius quenquam poteſt, quid bu- juſus obtinendi finis intuitu referre ad eandem par ſit, quid mi- nus. Omnis enim, que in ejusdem pertractione admissa ha- ctenus à nonnullis eft, argumentorum confuſio ex eo unice videtur eſſe exorta fonte, quod non ſatis diſtinctum de totius hujus diſciplina fine, & ſcopo, ſibi formarunt conceptum. Si legiſ enim naturalis, hoc eft, officiorum erga nos, aliosque, obſervandorum, indeque fluentium *jurium* in nos, aliosve, ſci- entia eſſe hæc ipſa diſciplina debet; non video, quo fundamen- to ſic dicta officia humanitatis referri commode ad eandem poſ- fint, que PVFENDORFIUS tamen ipſe eo adhuc retulit a). Obliga- gatio enim illa, que tribui iisdem plerumque ſolet, imperfecta talis

b) ſic v. c. obligatio nos conſervandi, *jus*, vitam, vel cum ipſa aggressorū in- terneccione, vel innocenti etiam cuiuscunq; ſi fieri aliter nequaſt, laſ- ne, tuendi parit, quod circa obligationem illam nobis haud competet.

a) ſelicitet f. N. & G. ib. III. cap. III.

talis proprie non est; obligatio enim veri nominis esse definit. Multo vero minus adhuc intelligo, quo jure tota de *passionibus animi*, de *variis hominum moribus*, & *bonis*, omnisque, præter *justi*, sic dicti etiam *honesti*, & *decori*, doctrina, quod CHRISTIANO quidem THOMASIO placuit b), infarciri in hanc scientiam possit: nisi eandem forsitan cum *philosophia moralis*, de qua jam supra diximus, & *politica scientia*, de qua postea pauca adhuc monebimus, in unum potius *chaos* commiscere, quam singulas istas, ratione & objecti, & finis, à se multum diversas, distinguere etiam à se invicem, malimus c). Ita nullis vero plane scientiis, vel disciplinis, opus est, atque frustra in iisdem constitutis laboramus. Recte vero THOMASIVS ipse de distinguendis *justi*, *honesti*, & *decori*, principiis sollicitus est, quæ distinctio etiam, rite explicata, totum philosophiæ practicæ in *ethicam*, seu *philosophiam moralem*, *jurisprudentiam naturalem*, & *politicanam*, dividenda fundamentum in se continet. Quid illa vero ita distinxisse juvat, nisi singula quoque, ob insignem & argumentorum, & cognoscendi principiorum, & finis tandem ipsius, diversitatem, seorsum simul pertractare, suoque singula systemate, cum argumentis affiniibus, complecti separatim, venimus? Neque satis distinctum de hac ipsa scientia formasse sibi conceptum videntur, qui, quum nescirent, quo quidem, salva aristotelicorum, supra jam aliquoties dicta, philosophiæ practicæ in *ethicam*, *politicanam*, & *economicam*, divisione, referre jurisprudentiam naturalem deberent, disciplinæ hujus objectum inter has ipsas aristotelicorum scientias *dispergitum*, atque aliquam ejusdem partem ad *ethicam*, aliam vero ad *politicanam*, suam referre, cumque aliis, quæ tradi inibi alias solent, doctrinis miscere misere, cœperunt d). Ut illos, qui, nescio quod,

prin-

b) in *fundament.* *7. N. & G.* lib. I. cap. II. III. V. & VI.c) placet tamen prius THOMASIO quando l. c. cap. V. §. 58. *jus naturæ late dictum*, totam *philosophiam moralem*, *ethicam* scil. & *politicanam*, comprehendere, disertis verbis scribit.d) fecit id v. c. AD. RECHENBERGIVS in *lineamentis* suis *philosophia civili*, Lipsi, aliquoties in 12. edit. Idem vero & recentissimi quidam scripto

res

principium ethices jus naturæ faciunt e), aliosque ejusmodi, hic jam præteremamus. Tot enim, tantæque, in hujus, & philosophia moralis, pertractione confusiones à plerisque sere omnibus hic factæ sunt, ut plures jam commemorare pœnitentiat, hæcque, ex scriptoribus, satis notis, & quos aliorum sapientiæ plausibus exceptos esse, & in præsenti ex parte adhuc excipi, constat, petita scopo nostro jam possint sufficere.

§. XVI.

num officia erga Deum ad jurisprud. natural. quoque re-vocanda sint, di-spatur. Difficilius, forsitan, de illorum tractandi ratione, videri poterat, fore judicium, qui in eo quidem nobiscum consentiant, id unum, & solum, referendum ad jurisprudentiam naturalem esse, quicquid juris, stricte dicti, est, atque vel obligaciones, seu officia, vel fluentia ex iisdem jura naturalia, proprie parit; id omne tamen etiam accenseri eidem debere simul contendunt, quicquid ad ulterutrum illorum ulla modo ratione spectare deprehenditur. Quam ex iisdem ergo fere fontibus, ex quibus officia, juraque, naturalia, adversus nos, aliosque, observanda, deducimus, non minus cognoscamus, dari quoque nonnulla, quæ, ex supremi numinis voluntate, adversus ipsum illud nobis præstanda incumbant, quæque officia erga Deum vocari propterea, communi nomine, solent; *hec ipsa* quoque, adversus Deum observanda, officia jurisprudentia naturalis, objectum non minus, quam reliqua, erga nos, & alios, officia, esse debere, iidem jam contendunt. De horum ergo sententia ut paucis adhuc in præsenti dispiciamus, id quidem ante omnia præstruimus, non de eo jam sermonem nobis esse; *num* ejusmodi adversus Deum observanda officia vere etiam dentur? quippe quod ambabus, quod ajunt, manibus lubentes largimur. Neque de eo etiam hic in præsenti disputatur; *num* & illorum necessitas, atque obligandi fundamentum, solius rationis ductu jam possit cognosci? nam nec illud hic in dubium ullo modo

res agunt, qui ex eodem, ni fallor, fundamento & *jus* aliquod *natura ethicum*, atque *politicum*, sibi effingunt, & in *philosophia sua moralis* de variis *jurisprudentia naturalis* capitibus iterum expónunt, sieque pariter hic omnia inter se turbant, & miscent.

e) vid, cl. *HPINVS* in *intrad.* in *philos. part. V. prolegom. cap. II. p. 16. sq.*

modo revocamus. Quin illud potius in controversiam in presenti solum venit: num eadem ipsa, ad quae naturaliter obligatos nos omnino sentimus, erga Deum officia cum reliquis, erga nos, aliorumque, prestantis officiis ad unam, eandemque, disciplinam, ipsam nempe hancce jurisprudentiam naturalem, referri simul debeant? Ita vero jam formato controversiae statu, quis non videt, quam plane non ad rem ipsam tota haec pertineat disputatio? De loco enim, & sede, solum queritur, qua collocari comode doctrina possit, de cuius & necessitate, & fundamento solido, nisi qui Deum ipsum negaverit, dubitare nemo potest. Quum neque lege vero quadam fixi adhuc, uti aliquoties jam monuimus, scientiarum philosophicarum limites sint, neque manifestum etiam plane emergat absurdum, si haec ipsa officiorum doctrina ad eandem, cum reliquis duobus officiorum naturalium generibus, scientiam referatur; cur de officiis, Deo debitis, in ipsa quoque jurisprudentia naturali non licet exponere, rationem haec tenus nullam video. Non pro nuda enim juris, quod circa homines solum versaretur, quin pro tota potius officiorum quorumcunque, quae ratio ipsa modo dictitat, doctrina, accipiendum tum nomen illud foret, quod, in se quidem, fieri, quum verba valeant sicut nummi, non repugnat. Duo tamen hic annotanda nobis adhuc veniunt. Primo quidem, ut ne quis, cui haec forsitan tractandi ratio arriserit, fibi simul perfudeat, posse commune aliquod inveniri cognoscendi principium, ex quo, eadem ratione, officia ergo Deum, ac erga nos, aliosque, derivari proxime possint. Lapidem enim, qui hoc tenuit, lavaverit, atque ex felice filius ignem, & aquam, simul elicuerit, quam hoc quidem perfecerit. Etenim nimium inter utrumque illud officiorum genus interest discriminis, quam ut ex communi derivari fonte possit; quum alterum illorum solis aetibus externis, alterum vero non nisi interna mentis emanatione, comprehendatur a). Et communis tamen, immo fe-

E

re

a) non moramur hic illos, qui juris naturalis, quatenus circa nos, aliosque, versatur, objectum non aetibus externos solum, sed internam etiam animi nostri emanationem, esse contendunt: quibus illustr. etiam LEIBNITIVM

re præcipius, illorum omnium hic est error, qui de primo cognoscendi juris naturalis principio disputant, sine quo tota ista controversia componi facile potest b). Alterum vero, quod hic monendum adhuc esse duco, ex hoc ipso jam proxime consequitur. Quum tantum enim inter officia, erga nos, aliosve, atque Deum ipsum, præstanta, intercedat *discriminans*, uti modo indicavimus; *affinitas* certe illa objectorum, & finium, quam solam constituanturarum scientiarum philosophicarum fundamentum unicum esse, aliquoties suprajam ostendimus, hic plane deficit. Quæ ergo ratio movere nos poterat, de officiis,

Deo

TIVM in peculiari ad Abbat. Molanum, à cl. Kortholdio nuper edita, episola accessisse, maximopere miror. Neque *juris enim naturalis* notionem satis determinare, neque ad ejusdem etiam *concludendi fundamentum* rite, mihi videntur, attendere, quí ita quidem statuant, adeoque & sine ratione sufficiente, quod probare distincte nèquit, sumere: de quo alio vero loco pluribus.

b) magnos, celeberrimique hac in scientia nominis, viros, interque eos, post BVDEVM, etiam GRIBNERVM, aliosque, negare plane videoes, & *primum* aliquod juris naturalis cognoscendi principium *dari*, & *opus* quoque eodem hic *esse*. Idem vero hoc mihi esse videtur, ac, leges naturales, vere proprie tales, vel *dari*, vel cognosci à nobis posse, simul negare. Quum leges enim naturales neque cordibus hominum inscripta sint, neque verbis conceptis in tabulis quasi delineata ullibi extent; *nulle* illarum jam dantur alia, quam quas ex finium divinorum, humanæque simul naturæ, contemplatione *ratiocinando* eriuimus. *Ratiocinari* vero quid aliud est, quam *conclusiones* ex positis antecedentibus quibusdam *fundamentis* elicere? Fundamenta ergo quedam adesse quoque debent, ex quibus leges, que nos aliosve obligant, naturales possint derivari. Quum *communis* vero officiorum, erga nos, aliosque, observandorum, *natura sit*, & *indoles*, *commune* quoque aliquod, saltim illorum intuitu, adesse debet *fundamentum*, ex quo ratiocinando eadem possint derivari: idquod nos quidem *primum* juris naturalis *principium* vocamus. Vel eo ergo solo viri illi eruditæ ad alter judicandum videntur esse inducti, quod tale quoddam, cum plerisque reliquis, animo forsitan voluntarunt juris naturæ *principium*, ex quo, eadem opera, post officia erga nos, aliosque, Deo etiam debitas à nobis actiones derivare liceret. Quum ejusmodi vero principium inveniri hand posse, ipsi forsitan perspicerent; &, *primum* aliquod juris naturalis *principium dari*, in genere negare, &, uti admissò uno absurdo plura semper sequi alia solent, ne opus quidem eodem esse, contendere simul cœperunt.

Deo debit is, quæ internam mentis emendationem postulant, & non nisi ex *ultimo* creationis nostræ *fine* demonstrari possunt, eo loco exponere, ubi nec de eadem ipsa intrinseca mentis emendatione sermo est, nec, quæcunque ibidem traduntur, ex alio, quam *intermedio*, creationis nostræ *fine*, nostra nempe, quam Deus O. M. intendit, *conservatione*, derivari facile possunt? Non cohærent ergo hæc inter se, neque adeo ejusdem etiam disciplinæ ambitu concludi, si quid judico, debent. Ad *philosophiam* ergo *moralē*, ubi de interna mentis, propensionumque nostrarum, emendatione agitur, *rectius* isthac referri, atque, ne cum reliquis ejusdem capitibus temere commisceantur, singulare etiam loco, & seorsum, pertractari in eadem, possunt: id quod, quo quidem modo fieri commode posse existimem, ipsa re b. c. D. suo tempore pluribus commonistratus sum.

§. XVII.

Superaest ex disciplinis practicis, adeoque & totius philosophiæ ambitu, quanu*policam* olim, hodieque, plerique fere omnes philosophorum appellatire consueverunt; et si *alio multum*, *alioque*, ejusdem vocabuli *sensu* fieri idem solet. Quam ARISTOTELES enim, ejusque *afseclæ*, quibus antiquiores hujus appellationis autores haud novimus, sub hoc vocabulo complexi olim sunt, scientiam; illam pleraque *juris*, & *prudentiæ*, circa *societas* hominum, in primis *majorem*, seu *civilem*, quam & *republicam* vocant, capita tradidisse, inter omnes satis constat: et si nonnulli etiam de *juribus*, & *obligationibus*, *minorum*, quas vocant, *societatum*, quasve alii singulari *economia* disciplina completebantur, agere simul in eadem solebant. Illis vero ipsis multa præterea, à recentioribus cumprimis aristotelicis, simul admiscebantur, quæ referri tamen ad *philosophiam* ipsam nullo plane jure possunt. Hujuscemodi in primis sunt, que à multis *politicorum* scriptoribus de *imperio nostro romano-germanico*, ejusque *statu*, *juribus*, & *privilegiis*, in libellis suis politicis fusius traduntur, immo ex ipso sape *jure canonico*, & *civili romano*, in perquam multis capitibus, ad loculos suos pertrahuntur. Disciplicere tamen hæc tractandi ratio jam plerisque cœpit, ex quo *jurisprudentia* naturalis singularis disciplinæ

formam magis, magisque, induit. Ablegari enim ab eo tempore ad eandem id omne jam cœpit, quicquid in societatibus, five majoribus, five minoribus, justum, rectumque, secundum rationis sanæ ductum, esse intelligitur; reliqua vero ad suas singula sedes proprias, *jus v. c. publicum*, & *civile romanum*, &c., revocata iterum à rerum intelligentibus successive fuerunt. Plurimis itaque alienis, quibus superbierat haec tenus graculus hicce æsopicus, doctrina scilicet aristotelicorum politica, sic jam sublatiss., suisque vindicatis sedibus, nihil fere eidem jam relinquebatur aliud, quam, quod ex *prudentie* capite homines in singularis suis, qui inter illos modo dantur, vel dari etiam possunt, statibus agere convenit, siveque in meram regularum *prudentie* doctrinam tota, quanta, servato nihilominus priori nomine, successiva est commutata. Neque infelix tamen hæc ipsa dici meretur metamorphosis, quum maxime utilis jam eadem disciplina prognata sit, qua ipsorum græcorum, eorundemque sequacium, philosophia omnis iterum caruit. Neque de tali enim scientia, qua *solas omnium statuum humanorum prudentie regulas* traderet, nullaque vel juris naturalis, vel philosophiæ etiam moralis, capita cum iisdem simul completeretur, quisquam illorum unquam cogitavit: unde recentiorum iterum philosophorum hoc inventum esse, quod ex successiva scientiarum practicarum emendatione tandem quoque enatum est, meritoque suo hodie sollicite conservatur, & ad posteritatem propagatur, satis appareat.

§. XIX.

et que, quid ad eandem referendum sit, ostenditur. Non patitur vero instituti nostri præsentis ratio, ut singula, qua quidem pro tali politices constitutione referenda ad ejusdem ambitum jam existimemus, pluribus hic incipiamus commemorare. Fines, limitesque, scientiarum philosophicarum solum definire nobis hic est propositum, minus vero singula eorundem capita enarrare. Illud tamen silentio hic nobis præterire haud licet, quod *reliquis*, qua ad eandem merito referuntur, *capitibus* & *tota decori*, cum *naturalis*, ut nonnullis quidem appellatur, tum *politici*, stricte dicti, doctrina, ut & *ars*, si modo talis datur, *aliorum animos cognoscendi*, accenseri meas qualia-

qualicunque sententia omnino debeant. Sub *decori* enim, uti vocant, *naturalis* nomine aliis sic dicta *officia humanitatis* in primis comprehenduntur: ad quæ quum jure, stricte proprieque tali, nulla ratione obligemur, nulla quoque alia nobis in his talibus incumbit agendi necessitas, quam quæ ex illis *prudentia* regulis, quibus *favorem*, & *benevolentiam*, aliorum quocunque modo parare nobis jubemur, fluit. Quod *politicum* vero plerique fere omnes hodie vocant *decorum*, illud *consuetudine* sola, usque vivendi, regulis justi & honesti non adverso, maximam partem nititur: circa quod adeo non minus, quando inter homines, nimis forsitan illius tenaces, vivimus, necesse est, ut ne ab eodem nimium recedamus, nisi illorum, qui his saxe rebus plus, quam par erat, tribuunt, risui, contemptui, cavillisque, nos velimus exponere. *Consuetudini* ergo, hominumque, inter quos vivendum nobis est, moribus cedere, modo justi, honestique, regulis isthac non adversentur, prudentia omnino suadet; adeoque & de hoc *decori* genere, præter alia, recte hic exponitur, neque opus adeo est, peculiarem, qua de utroque isto tradat, disciplinam, uti nonnullis quidem hic iterum placet, fabricari. Idem vero judicandum etiam esse existimaverim de perulgata ista, multisque tantopere celebrata, *hominum animos pernoscendi arte*, quam modum tradere volunt, quo latentes hominum propensiones in apricam quasi possimus producere, quamque adeo maximam etiam, hoc ipso, virtutem utilitatem præstare, contendunt. Etenim ponamus hic omne, quod ab illis, qui tantopere hac arte gloriantur, præstruitur; ponamus, posse hominum propensiones, maxime latentes, quod certo quodam modo neque nos, fieri posse, omnino negamus, satis expisci, regulasque tandem, quæ huic quidem sibi inserviant, in formam artis quodammodo redigi; quem, quæso, tota hæc doctrina alium nobis præstabat usum, quam ut sic *alii*, nobiscum simul in mundo viventibus, hominibus *prudenter*, ubi opus est, uti, siveque & commoda nostra promovere, incommoda vero qualiacunque declinare, eo felicius discamus? Totum ergo, quantum hoc artificium est, ad *prudentia* iterum *regulas spectat*, adeoque & ad reliquum harum ambitum, hoc est, ad

doctrinam politicam, commode iterum refertur. Quid enim in particulias minutas secare necesse est, quæ ad unum, idemque, corpus, ipso affinitatis, quæ sola diversarum disciplinarum fundamentum est, jure pertinent? Talis novas semper, citra necessitatem omniem, disciplinas condendi pruritus, quem multis recentiorum communem esse deprehendimus, nescio quid vanitatis, & inanis aucupii gloria, ut ne vilius quid dicam, habere mihi videtur, à quo tamen omni, qui veritati litant, abesse merito longe oportebat.

S. XIX.

Num eodem vero vitio laborent, qui indicatis hactenus philosophia practica partibus aliam quandam adhuc adjiciunt, quam philosophiam practicam universalem vocant, & juri suo naturali ethico, atque politico, non minus, quam philosophia sua moralis, seu ethicæ, adhuc opponunt, haud equidem dixerim: neque multum etiam ad rem ipsam idem fecerit. Hoc tamen disimilare mihi vix licet, mirè perplexam, & intricatam, illam totam philosophiam practicam tractandi rationem, quæ ex repetita modo ejusdem in jus naturæ ethicum, & politicum, ipsamque philosophiam moralem porro, seu ethicam, partitione jam oiritur, multo hac ipsa addita philosophia practica universalis perplexiorem adhuc reddi, & intricatiorem a). Misercent enim sic quadrata rotundis, &, quæ ad unum eundemque locum, si finis esset habita ratio, referenda erant, longe a se invicem spatio se junguntur; uti, quæ toto, contra, quod ajunt, coelo diversa sunt, invita, & reclamante, rerum ipsarum natura, obtorto quasi collo inter se copulantur. Ipsa sigillatim illa, cuius mentionem hic facimus, philosophia practica universalis rerum, & argumentorum, ad philosophiam moralem, juris prudentiam naturalem, & politicam, longe rectius ablegandorum, mira mixtura est: quum in theoretica ejusdem, uti vocatur, parte de obligatione & lege naturali, de Deo, legis naturalis autore, de penitentia & premiis, de virtute porro & virtuo, de beatitudine, seu felicitate

a) vid. de hac philos. pract. universal. THVMMIGII institutiones philosophie Wolff. tom. posterior. statim sub initium, & quæ p. 4. §. 8. sigillatim adhuc de eadem monet.

tate hominis, & de conscientia; in practica vero de modo perverniendi ad summum bonum, seu felicitatem terrestrem, de custodia conscientie, & de conjectandis hominum moribus, separatis capiribus agatur: quæ omnia tamen, mirum, quantum diversa à se invicem argumenta sint, quæ in unum hic compinguntur corpus, quilibet facile intelligit. Neque vero etiam, quid tota illa philosophia practica universalis esse proprie beat, legenti facile apparat; nisi quis, metaphysicam quasi quandam practicam, quæ notiones omnibus disciplinis practicis communes tradat, esse eandem debere, forsitan velit contendere. Neque opus tamen tali scientia esse, per se satis patet, neque vel ab ipsis ejusdem patronis, & parentibus, eandem hoc quidem modo tractari, vel ex solo capitum facto modo indicio jam satis liquet. Hoc vero, quo eandem jam indicavimus, modo constructa quum confundendis magis, quam juste definiendis, practicarum philosophiarum disciplinarum limitibus inserviat; tuto nos etiam eadem carere posse, immo merito potius suo debere, persuasi omnino sumus.

§. XX.

Scopo ergo nostro, qui nobis quidem præfixus fuit, satis nos jam fecisse existimamus, quando de singulis philosophiæ, qualis & hodie est, & esse merito debet, partibus animi nostri sensa libere hic exposuimus. Quibus usu ipso compertum jam est, ordine, quod in proverbium fere jam abiit, sœpe perveniri, quo non datur ire labore, quibusve adeo alicujus etiam momenti res videtur esse, ut in philosophia quoque ipsa de justa singularis scientias tractandi ratione solliciti simus; illis nec inanis nostra, quam quidem navavimus, videbitur opera, nec nimia, quam ad constituendos scientiarum philosophicarum limites requirimus, solertia. Reliquis, qui hæc vel non curant, vel non capiunt, uti hæc scribere nolui, sic nec placere hoc labore meo velim. Ipse vero, experientia edoctus, satis jam didici, quantum ad singularium scientiarum philosophicarum & evidentiam, &, quoad fieri ejus potest, certitudinem quoque, momenti afferat, ad veras suas, propriasque, non solum in singulis disciplinis sedes omnia revocasse, sed suo etiam in singulis ordine quælibet collocasse. Neque inter futuros, vel systematum philosophorum conditores, vel alios etiam argumentorum singu-

*conclusio
dissertationis.*

singularium scriptores, sperandum prius majorem, quam qui adhuc datur, in doctrinis philosophicis consensum esse, persuasissimus sum, quam de ipsis disciplinarum philosophicarum limitibus, indeque pendente & objectorum earundem, & aliarum quarundam conclusionum, accurata determinatione, magis inter eosdem convenerit. Nec scribendorum etiam *novorum systematum philosophicorum finis* prius futurus erit, quam his ipsis *certus*, & ab omni, si fieri poterit, posteritate servandus, *modus statutus* fuerit. Fixis vero semel scientiarum limitibus, constitutisque singularium determinatis objectis, suoque quibuslibet ordine naturali collocatis, nova condendi systemata labore supersedere posteri poterunt, eoque majori adeo cura in singulis scientiarum argumentis perquirendis elaborare. Aut hac enim via *uniformis* magis philosophiae omni aliquando est inducenda *facies*, aut de salutari adeo effectu plane erit desperandum. Quanta olim enim, in plerumque aristotelicorum scriptis, methodi, ordinisque, intuitu erat consensio; tantus, contra, ex quo *eclectica* philosophandi ratio invaluit, ejusdem intuitu inter philosophos hodie est dissensus: adeo, ut, qui ab unius perlustratione systematis ad aliud quoddam se accingit, in *novum* quasi *orbem* delatus sibi esse videatur. Sæpe enim vix *candem*, quam ab *alio* jam pertractatam quis legit, scientiam manibus suis te terere iterum, sciret, nisi *nominis* utробique *paritas* certiorem ipsum ea de re redderet: id quod omne vero ex uno, & solo, illo, cui obviam hic ire allaboravimus, vitio oritur. Quodsi majorem ergo ab his monitis nostris sperare nobis olim in tractanda philosophia licet consensum; fatis magnum illud laboris, hic à nobis impensi, judicaremus esse pretium.

COROLLARIA DEFENDENTIS.

1. Neque *essentia corporis* in *extensione*, neque *spiritus* in *cognitione*, ponit cum Cartesio potest.
2. *Hic mundus non est optimus.*
3. *Temperamenta corporis*, qualia à *doctoribus moralibus* plerumque describuntur, nec dantur, nec in *propensiones moresque hominum* influunt.
4. *Nulla dantur principia connata*, neque *theoretica*, neque *practica*.



Göttingen, Diss., 1737

ULB Halle
004 349 628

3



f
Sb

WDP

Farbkarte #13

	B.I.G.	Black
Inches	8	
Centimetres	19	
1		
2		
3		
4		
5		
6		
7		
8		
9		
10		
11		
12		
13		
14		
15		
16		
17		
18		
19		
20		
21		
22		
23		
24		
25		
26		
27		
28		
29		
30		
31		
32		
33		
34		
35		
36		
37		
38		
39		
40		
41		
42		
43		
44		
45		
46		
47		
48		
49		
50		
51		
52		
53		
54		
55		
56		
57		
58		
59		
60		
61		
62		
63		
64		
65		
66		
67		
68		
69		
70		
71		
72		
73		
74		
75		
76		
77		
78		
79		
80		
81		
82		
83		
84		
85		
86		
87		
88		
89		
90		
91		
92		
93		
94		
95		
96		
97		
98		
99		
100		
101		
102		
103		
104		
105		
106		
107		
108		
109		
110		
111		
112		
113		
114		
115		
116		
117		
118		
119		
120		
121		
122		
123		
124		
125		
126		
127		
128		
129		
130		
131		
132		
133		
134		
135		
136		
137		
138		
139		
140		
141		
142		
143		
144		
145		
146		
147		
148		
149		
150		
151		
152		
153		
154		
155		
156		
157		
158		
159		
160		
161		
162		
163		
164		
165		
166		
167		
168		
169		
170		
171		
172		
173		
174		
175		
176		
177		
178		
179		
180		
181		
182		
183		
184		
185		
186		
187		
188		
189		
190		
191		
192		
193		
194		
195		
196		
197		
198		
199		
200		
201		
202		
203		
204		
205		
206		
207		
208		
209		
210		
211		
212		
213		
214		
215		
216		
217		
218		
219		
220		
221		
222		
223		
224		
225		
226		
227		
228		
229		
230		
231		
232		
233		
234		
235		
236		
237		
238		
239		
240		
241		
242		
243		
244		
245		
246		
247		
248		
249		
250		
251		
252		
253		
254		
255		
256		
257		
258		
259		
260		
261		
262		
263		
264		
265		
266		
267		
268		
269		
270		
271		
272		
273		
274		
275		
276		
277		
278		
279		
280		
281		
282		
283		
284		
285		
286		
287		
288		
289		
290		
291		
292		
293		
294		
295		
296		
297		
298		
299		
300		
301		
302		
303		
304		
305		
306		
307		
308		
309		
310		
311		
312		
313		
314		
315		
316		
317		
318		
319		
320		
321		
322		
323		
324		
325		
326		
327		
328		
329		
330		
331		
332		
333		
334		
335		
336		
337		
338		
339		
340		
341		
342		
343		
344		
345		
346		
347		
348		
349		
350		
351		
352		
353		
354		
355		
356		
357		
358		
359		
360		
361		
362		
363		
364		
365		
366		
367		
368		
369		
370		
371		
372		
373		
374		
375		
376		
377		
378		
379		
380		
381		
382		
383		
384		
385		
386		
387		
388		
389		
390		
391		
392		
393		
394		
395		
396		
397		
398		
399		
400		
401		
402		
403		
404		
405		
406		
407		
408		
409		
410		
411		
412		
413		
414		
415		
416		
417		
418		
419		
420		
421		
422		
423		
424		
425		
426		
427		
428		
429		
430		
431		
432		
433		
434		
435		
436		
437		
438		
439		
440		
441		
442		
443		
444		
445		
446		
447		
448		
449		
450		
451		
452		
453		
454		
455		
456		
457		
458		
459		
460		
461		
462		
463		
464		
465		
466		
467		
468		
469		
470		
471		
472		
473		
474		
475		
476		
477		
478		
479		
480		
481		
482		
483		
484		
485		
486		
487		
488		
489		
490		
491		
492		
493		
494		
495		
496		
497		
498		
499		
500		
501		
502		
503		
504		
505		
506		
507		
508		
509		
510		
511		
512		
513		
514		
515		
516		
517		
518		
519		
520		
521		
522		
523		
524		
525		
526		
527		
528		
529		
530		
531		
532		
533		
534		
535		
536		
537		
538		
539		
540		
541		
542		
543		
544		
545		
546		
547		
548		
549		
550		
551		
552		
553		
554		
555		
556		
557		
558		
559		
560		
561		
562		
563		
564		
565		
566		
567		
568		
569		
570		
571		
572		
573		
574		
575		
576		
577		
578		
579		
580		
581		
582		
583		
584		
585		
586		
587		
588		
589		
590		
591		
592		
593		
594		
595		
596		
597		
598		
599		
600		
601		
602		
603		
604		
605		